mele cesit cum melior adhuc et pergque quę ad lyceum spe-
ctabant adhuc Colonię detineret, Collectis ergo denuo Confluentię vel
Rhenum nummis Spiram profectus, ibi aliquos etiam doctos visitauit
sicut Moguntię unde Argentoratum et Basileam adijt ubi Museum
Bocini vidit, ac ipsum salutauit, mutatis semper equos conuenit inde
flexo ad sinistram itinere Ulmam abijt ac inde Lintzam mox Austriam
accessit per Bauariam Viennę aliquot diebus mansit sperans occasio-
nem transeundi ad Constantinopolim, quę ut defecit urgente frigore
et insitatu Vienne doctis Pragam versus iter suscepit prius tamen
Norimbergam adijt unde ad lucem et etiam ad Sammanium
literas dedit, Senatus Norimbergensis obtulit dono, amphoras sex vini
quemadmodum consuetum est ubi appulerint nobiles, reliquit ergo et ibi
insignia semper vero cum lince in galea
Eodem tempore determinatum fuit à Calixago et Eclypsato
duabus noctibus ins monticellorum arce, connocandum esse re
stituendumque Italia Illuminatum, eo concluso, absolu-
toque reuersus Interamnium Eclypsatus. Sammanius
notitiam habere cepit absconsi haud procul the-
sauri, curauit igitur ~~etiam [illegible]~~ fossiones et sta-
tim in initio ferè reperit argenteam pixidem mar-
morea columnae impositam; intus cineres erant
Reginae ut volunt Zenobiae, torques etiam ex auro
purissimo annuli aurei in quibus etiam preciosi
lapides, praesertim vero unus, in quius lapide alatus
scribensque angelus forsan antiquorum genius scribeus
insculptus erat aestimata fuere omnia valorem sexag-
~~inta~~ coronatorum superasse; Qua res animo fuit fo-
ditoribus uerum paucis diebus turbati inchoatum opus
negligere coacti, maximè quia rumore usque eo Sammanij
genitor eo se contulerat; neque his etiam diebus specu-
culationum palaestra negligebantur; habebat quippè se-
cum Arabicae locutionis eruditorem. Praeterquam quod
etiam rerum in itinere obseruaturum descriptioni in-
sudabat, Interim discessit Nurimberga Monachus
visis ibi exiguis admodum bonarum artium professo-
ribus; at in itinere obuiam sese obtulere ex Ungarico